

1362 Gradi extra moenia in S. Andreae RED., MARC.; in pavimento ecclesiae S. Viti BERTOLE BERETTA. — Apud S. Vitum nescio ubi, sed credo in insula Chersi SANUTUS (cod. Ver.); Polae apud S. Vitum SANUTI EXPILATORES errore. Inter Brixiana solita fraude recensent ex Sanuto pendentes AUCTORES BRIXIANI.

SALONIA · T · F
IN GENVA
VIVA · FECIT
SIBI · ET

5 T · SALONIO
GERMANO · L
LIBERTIS · LIB · Q
Q · LICOVIO
PHILOCOMO
10 LICOVIAE
TELETINI
Q · LICOVIO
DIADVMENO
LOC · MON
15 IN · FR · P · XVI
IN · AG · P · XX
H · M · H · N · S

Tria exempla extant. Primum Antiqui est in Rediano f. 139 Grad. 19 (inde Don. 16, 8 ex ant. ms.; Gud. 347, 12) et apud Marcanovam (Bern. n. 610, Mut. n. 43) Ferrarinumque cod. Reg. n. 42 (inde Mur. 1495, 7 ex schedis Farnesiis); indidem pendet Asquinius in margine vol. II Bertoliani ad n. 802. Secundum servatum est apud Sanutum in cod. Ver. f. 267'. Ab eo pendent qui syllogae eius Pollensi (v. p. 5) inseruerunt, apud quos reperitur bipartita; nam priorem partem v. 1—13 habent Bembus f. 84, Bellonus A f. 34', Sabinus n. 46, Brix. p. 38, Valvason ms. (inde per Berettam Mur. 1558, 3), Fabrett. 438, 40 ex schedis Barbinis, Rossi *mem. Bresc.* p. 308; alteram v. 14—17 Bembus f. 84, Bellon. A f. 35, Sabinus n. 49, Martyr n. 29 (inde Grut. 897, 4; Carli 2, 284; Kandler n. 297), Brix. p. 34. Tertium est apud Bertolum p. 216 n. 259 Berettamque ms. (inde male Mur. 1432, 8), quod cito sub Bertoli nomine.

Vv. recte divisit ex antiquis in parte priore Bembus, in posteriore Sabinus. — 1 SALONIA Ant. et ex Sanutianis Ver. Bell., SALINIA Sab., SALINA Brix., SALIMIA Bemb., //INIA Bert. — TI Sanutiana exempla et Bert. — 2 //INVA Bert., INSIGNIA Sanutiana exempla praeter Ver. — 3 //ICH Bert., om. Sanutiani. — 4 //IT Bert. — 5 L · AIONIO Bert. — 6 GERMANOI Bert., GERMANIO (om. L) Sanutus (Veron.), GERMANICO (om. L) Sanutiani reliqui, L (om. GERMANO) Antiquus. — 7 sic Bert., LIBERTIS LIBO Ant. et Sanutus (Ver.), LIBERTIS (rel. om.) Sanutiani reliqui. — 8 LICONIO hic et v. 12 ex Sanutianis Bell. Sab. — 9 PHILOCOMO Bert. — 9. 10 om. Sanutiani praeter Ver. — 10 LICOVIA San. (Ver.). — 11 TOLENTINI San. (Ver.), TERENTINI Sanutiani reliqui. — 13 DIADVNEO Sanutiani. — 15 ER ex Sanutianis Bemb. m. 1 et Bell. — 16 AGR Beretta. — 17 H · M · H · H · S ex Sanutianis Bell.

1363 Aquileiae in platea.

M · SALVIO · M · F · RVFO
BISENA · T · F · POSILLA · V · F

Servavit Antiquus in Rediano f. 135' Aquil. n. 27 (inde Gud. 330, 12) et apud Marcanovam (Bern. n. 579, Mut. n. 12) et apud Ferrarinum cod. Reg. n. 27 (inde Mur. 1495, 10 ex schedis Farnesiis et Valer.; Bertoli p. 425 n. 624 a Muratorio.). V. divisio incerta. — 1 RVSO Marc. Ferr.

V

1364 arca rep. in villa Belvedere secundo ab Aquileiam lapide BERT. Ex fundis suis Aquileiensibus Venetias in domum suam Cannaregiensem transtulit Franciscus Savorgnan GIORN. DE' LETT. Venetiis in domo Savorgnana BER.

SAMMIO SABINO Q · VANN X
SAMMIVS CYCNVS ALVMNO
INNOCENTISSIMO POSV
IT

Giornale de' letterati 38 (Venet. 1727) p. 185; Beretta ms. (inde Mur. 1495, 13); Bertoli p. 213 n. 255 (cf. err. typ.).

1 VANNOS Ber. — 2 SAMIVS Ber. *Giorn.* — 3 INFELICISSIMO Bert. — 4 om. Bert.

1365 alla Colombara 1859 repperit comes Toppo.

flos	flos
clupeus	
SARDIA	
ARTEMISIA	
VIV · FEC · SIB · E	
L · CANTIO	
5 PROCVLO	
MARIT · OPT	
ET · CASSIAE	
SECVNDINAE	
FIL · DVLCISSL	
10 MAMC	sic

Contuli. Pirona ms.

1366 Gradi.

E · L · AMYRAE
coniuGI · SANCTISS
SATVRNINVS
FECIT · ET · SIBI

Redianus f. 139' Grad. n. 24; cod. Canonico n. 25.

Versus distinguunt libri ipsi.

1367 inter Belignam et Belvedere repperit Cassis.

SIBI
T · SAVFE
SMEC

Anonymi schedae apud Pironam.

1368 Aquileiae.

P · SAVFEIVS · SABDA
ADIECIT
IN · FR · P · VIII · IN · AGR · P · XXXII
SIBI · ET · SVIS

Eodem exemplo Sanutus f. 38 n. 3; Bellonus in supplementis n. 107; Apianus 349, 4 (inde Grut. 888, 1; Bertoli p. 63 n. 28), apud quem confunditur cum titulo qui sequitur apud Sanutum n. 833.

Vv. divisio incerta. — 1 P · om. Apian. — SAFEIVS Bell. — 2 malim FECIT. — 3 VIII Bell.

1369 Belvedere nuper rep. BERT. Nunc Aquileiae apud Moschettinum.

LOCVS · C
SEI · C · F
TERTI
IN · F · P · XVI
5 IN · AC · P · XL

Descripti. Bertoli ms. n. 818; Zuccolo in relat. Dec. 1809.

1370 arca rep. Aquileiae in pavimento S. Felicis, inde ab a. 1782 Utini in seminario CORT.

L · SEPTVMIVS
L · F · FIRMV
FIERI · IVSSIT
SEPTIMIA · L · F
5 GEMINA · SOROR
BLASSIA · L · F
PAVLLA · VXOR
EX · TESTAMENTO
FECERE
10 L · M · P
Q · XVI

Cortenovis ms. p. 23. 75 duobis exemplis. Moschettini ms. indeque Steinbüchel *Wiener Jahrb.* A. B. 47 (1829) p. 62.

1 SEPTVMIVS Cort. 1 Mosch., SEPTIMIVS Cort. 2. — 2 FIRMV Mosch. — 4 SEPTIMIA · L · F Mosch., SEPTIMIAE Cort. 2, SEPTIMIA Cort. 1. — 5 SEMINA Cort. 2. — 7 PAVLA Mosch. — 8. 9. 10. 11 om. Cort. 2, 10. 11 om. Mosch.

1371 arca magna, in qua conditae sunt reliquiae S. Quirini Roma translatae Aquileiam quando ecclesia metropolitana dedicata est a. 1030, ibi sub altari SS. Hilarii et Tatiani reperta a. 1745 ibique relata.

SEPTIMIVS · HERACLIDA · AVREL
PANTHIAE · AMITAE · SVAE · POSV†

Bertoli in Calogerà *racc.* 33 (1745) p. 215 indeque syll. ms. n. 912. Cortenovis ms. p. 75 ex Bertolio.

1372 Aquileiae in ecclesia metropolitana nel parapetto della capella delle quattro sante vergini BERT. in eccl. cath. CORT. in baptisterio KANDLER.

L · SERT
RVFV
SIBI · ET
EXORATA
5 BLASSIA
FAC
ET

Bertoli ms. n. 775; Cortenovis ms.; Kandler, qui vidit, ms. et in Istria 1852 p. 100.

1 SER Bert. Cort. — 2 RVF Bert., RVI Cort. — 4 EXORA Bert. Kandl. — 5 BEASSIA, 6 IAO Bert. — 7 FI Bert., om. Cort.

1373 Gradi in domo.

DIS MAN
.... CONIVGI
.... SERVANDI Kandler descripsit.